ARCHIVU
pentru filologia si istoria.

Nr. XXXVII. 20. Augustu 1870.

(XLIII.)
Gramatistii, si Ortografistii romani.
IV.
Ioane Deleanu, sî Sam. Crisianu.

(Continuarea Prefatiunei dein Nr. precedente.)

Originem linguae romaenicae, omnes tam antiqui, quam recentiores historiae scriptores, aliique viri bene instructi in latio quarendam esse, unanimi consensu prodiderunt;*) quibus ut subscribam, non solum authoritas eorum, sed ipsa quoque linguae structura proprius examinata mihi jam pridem persuasit, adeo, ut asserere haud ambigam, Idioma, quo hodie Romaeni utuntur a lingua vulgi Romani, promanasse; quae non absimilis fuisse videtur linguae, medio aevo sic dictae Romanensi et provinciali**); nisi quod illa (nempe lingua vulgi romani) successu temporis pro ratione provinciarum aut gentium, quibus intermixti romani vivebant, diversimode flexa et corrupta fuerit ita, ut tandem plures ex eadem tamquam matre enatae sint dialectus; imo diversa plane inter se idiomata, ex quibus unum est hoc nostrum Romaenicum.

Haec mihi quidem clara sunt, sed quanam ratione tibi persuadeam, qui linguam ignoras, et parum fors de sermone vulgi romani, illoque medio aevo sic appellato Romanensi, hucusque sollicitus eras, id sane arduum est. Res tamen ita se habet: Iam ipso Caesaris et Ciceronis aevo vulgus Romanum proprium sermonem fovebat, sed posteaquam successu temporum latinitas illa cultior penitus neglecta degenerasset, atque sensim cum illa vulgi loquela absque discrimine commixta evanuisset, vulgus quidem suum antiquum sermonem constanter retinuit, eruditiores vero hoc vulgari pro ratione provinciarum magis minusve exculto utebantur; qui licet cum illo Ciceronis et Virgilii comparari non posset, latinus tamen erat. Sed postquam Constantinus relicta Roma Byzantii sedem fixisset Imperii, ac disrupto quasi aggere Italiam barbaris invadendam reliquisset, tunc demum Romani barbarè, et Barbari romanè loqui coeperunt; tunc per diuturnas bellorum vicissitudines, oppressis barbarie scientiis ac bonis artibus, ipsa quoque mater latina lingua non quidem illa Ciceronis, quae jam dudum exulaverat, sed haec humilior, utut quidem illi dissimilis, latina tamen, penitus interiit. Romanus ille vulgi sermo in diversis provinciis, antea per Romanos occupatis quidem remansit, sed lapsu temporum admixto sibi provinciae sermone, atque aliarum gentium, quae successive se se in dominatione provinciae excipiebant, barbariem contraxit, et jam nec Romanus, nec barbarus erat, sed mixtum quid, in quo romana tamen praevalebat loquela. Hoc modo coaluit lingua medio aevo dicta Romanensis, tum lingua hispanica, quam ipsi quoque hispani Romaneam appellant. Hac etiam ratione italica et aliae, plus minus depravatae initium sumpserunt; inter quas Romænica nostra maxime neglecta, utpote remotior, atque in extremo Europae angulo delitescens, sarmatico geticoque habitu ita obvoluta conspicitur, ut vix vestigia latinitatis conservasse aliqua, primo intuitu videatur. Si tamen velamenta quaedam barbara retegas, profecto invenies eandem adhuc Romanam esse, hoc est: corpus ipsum, et internam structuram quidem latinam, sed peregrina

*) Confer Leonclavium in Pandectis Turcicis lib. LXXI. — Lucium scriptorem Dalmatam pag. 458 — Chalchocondylam, in Annalibus Tunicis — P. Pray — et alios, qui hic brevitatis gratia non inducuntur. Equidem non ignoro aliquos ex recentioribus, linguam romaenicam ab antiqua Thracica ut Thunmanus, a Dacica, ut J. Comes Potocki, — tum etiam a Celtica derivasse, sed qua ratione sibi aliisque persuaserint, hic disserendi locus non est; sufficiat notasse, neminem horum, linguae de qua agebant, peritum fuisse, ac non secus, quam coecus de coloribus, judicasse. Not'a lui J. Deleanu.

**) Limb'a romanense si provinciale dein evulu mediu, erá mai corupta decâtu limb'a italiana, ispanica si romanesca, de atunci si de acumu; si asia nu se pote bene asemená cu limb'a rustica romana. Not'a Edit.

forma coaptatam, et ideo semper vocata est a Romænis **leimba nostra romanesca**, hoc est, lingua nostra Romana. Prout igitur lingua Romana in Gallia cum lingua Gallica, ac dein francica, postea vero vandalica etc., in Italia vero cum Gothica, vandalica, longobardica, ac Teutonica corrupta fuit; ita quoque eadem lingua Romana in Dacia, cum Dacorum, Gothorum, Gepidarum, Slavinorum, atque ex parte Hunnorum, sermone depravata extitit; ita tamen, ut in se ipsa manserit semper latina; et licet plurima vocabula peregrina susceperit, ea tamen suo modo et in latinam terminationem inflexerit, ob plures nihilominus, quae eidem successu temporis accessere **depravationes**, ferme dissimilis sibi evaseret.

Praecipuae harum depravationum sunt:

I. quod articulum nominibus postponant;

II. quod loco particulae conjunctivae et, peregrinum vocabulum si assumpserit: ac dein

III. loco praepositionis negativae in adhibuerint Slavicam negativam particulam ne*):

IV. **a** et **e** latinum nonnunquam varie pronunciat, ex sono Slavis familiari, praesertim ubi hae vocales ante **m, n, r, v, mp**, etc. immediate stant, — exempla in I-a parte grammatices, ubi de pronunciatione agetur, praesto erunt.

Coruptiunile mai de insemnatu suntu:

I. pospunerea articlului dupà nume;

II. adoptarea vorbei straine si in locu de particeu'a cojuntiva et; si —

III. adoptarea particelei slavice negative ne in locu de prepusetiunea negativa in;

IV. cà **a** si **e** latinu une oria se pronuncia in altu modu, si cu unu sunetu usitatu la slavi, alesu unde vocalile acestea stau nemediatu in-a-ante de **m, n, r, v, mp** etc. — esemplele voru ocurre in partea I. a' gramaticei, unde se va tractá de pronunciare.

Hae corruptelae adeo linguam transformarunt, ut etiam, siquid residui in eadem latini sermonis reperitur, per id obscurari videatur. Praeter haec irrepserunt quidem et aliae depravationes, sed quae magis ad pronuntiationem, quam internam spectant constructionem, quarum praeciquae sunt sequentes:

a) quod in vocabulis a latino oriundis, loco **ct**: latinorum, valachi **pt** substituant, idque sine exceptione v. g. octo, valachice opto: factum, val. faptu; coctum val. coptu, lacte val. lapte; pectus, val. peptu; lucta, val. lupta etc. Sed Itali quoque **ct** latinum in duplex **tt** verterunt, ut in iisdem vocabulis: otto, fatto, cotto, latte, petto etc.

b) **l** inter duas vocales mutant in **r**, ut sol, valachice sore; melum, val. meru: pilus, val. peru; mel, val. miere; fel, val. fiere; qualis, val. quare etc.

c) loco **v** latinorum recipiunt **b**, ut cervus val. cerbu; servus val. sierbu; servo-as val. serbo, serbezzo; vervex val. berbece; vesica val. besica; corvus val. corbu; — et in aliquibus vice versa **b** latinum mutant in **v** ut: sebum val. sevu; bibo

Aceste coruptiuni scaimbara limb'a intru atât'a, catu si ce a mai remasu in ea dein vorb'a latina, se pare a fi intunecatu preintru insele. Afora de aceste coruptiuni s'au bagatu si altele, inse cari se tienu mai multu de pronuncia, decâtu de constituirea interna, dein cari cele mai notabili suntu urmatorie-le:

a) cà in vorbele de origine latina, romanii in locu de **ct** latinescu punu **pt**, forà esceptiune, precumu octo rom. opto, factum rom. faptu, coctum rom. coptu, lacte rom. lapte, pectus rom. peptu, lucta rom. lupta etc. Inse si Italii scaimbara pre **ct** latinescu in doi **tt**, precumu in acelesi vorbe: otto, fatto, cotto, latte, petto etc.

b) pre **l** intre doue vocali-lu muta in **r**, cá sol rom. sore, malum rom. maru, pilus rom. peru, mel rom. miere, fel rom. fiere, qualis rom. quare etc.

c) in locu de **v** latinu punu **b**, cá cervus rom. cerbu, servus rom. sierbu, serbo-as rom. serbo, serbezzo, vervex rom. berbece, vesica rom. besica, corvus rom. corbu; — er' intru altele chiaru dein contra muta pre **b** latinu

*) Licet quidem vehementer adhuc dubitandum sit, an non ipsum vulgus Romanum part. negativam ne in usu habuerit, — id saltem monstrare videntur pauca vocabula, quae in ipsam cultam latinam irrepserunt; ut ne, neque, neutiquam, nefandus, nefas, nefastus etc. Not'a Autoriului.

val. bevo; scribo val. scrivo etc. Sed hoc etiam apud antiquos latinos viguisse constat.

d) quod antea vocalem **i** consonantes **d, l, s, t. z**, suam nativam (ut ita dicam) pronunciationem mutent, praesertim in vocabulis a latino oriundis, quae tamen uberius ex ipso opere Lectori apparebunt.

e) quod **re** in infinitivis temporum loquendo et scribendo exmittunt, ut loco aducere, val. aduce; loco ponere val. pune; loco facere val. face etc.*)

in **v**, cá sevum rom. s e v u, bibo rom. b e v o, scribo rom. s c r i v o etc. Inse acestea si la vechii latini erau in usu, precumu se scie.

d) cà consonantii **d, l, s, t, z** in-a-ante de vocalea **i**, si-scaimba pronunci'a naturale (asia dîcundu), alesu in vorbe derivate dein latinesce, cari inse mai pre largu se voru vedé dein insusi opulu.

e) cà in infinitivi vorbindu si scriendu omitu pre **re**, precumu in locu de aducere rom. a d u c e, in locu de ponere rom. p u n e, in locu de facere rom. f a c e etc.

His tamen non obstantibus corruptelis, si mente revolvas: Romaenos in Dacia, postquam a Romano Imperio divulsi, sortique suae relicti fuissent, per plura saecula agriculturae solum, reique pecuariae et militari deditos, nullas artes, nullasque scientias coluisse; etiam admittas necesse est, eorum linguam pauperem et simplicem, ac solum ad ea vocabula rerum coarctatam fuisse, quae illis in hoc statu vel maxime ad usum necessaria fuere. Hoc observato profecto invenies, in hoc sensu, Valachos linguam vulgi Romani vix non ex integro conservasse. Etenim centena et aliquot vocabula, quae illi per diuturnam cum aliis gentibus habitationem in suam linguam necessario receperunt, id solum evincunt, aliqua peregrina vocabula in linguam invecta fuisse; non vero, eandem propterea haud latinam esse, certe pauca illa vocabula, quae passim a Valachis usurpantur, nec centesimam partem radicum huius linguae constituunt.

Adsunt quidem plurima ex lingua Slavica jam pridem usu recepta et civitate donata vocabula, sed non singula horum necessario usu recepta fuerunt. Nec etiam necessario retineri debent, vix enim 3 pars horum est, quae per alia domestica e lingua latina derivata suppleri non possint**); talia vero, quorum auxilio lingua carere potest, si etiam millena forent, originem et naturam linguae haud alterarent.

Sufficiat observasse: linguam hanc valachorum inter Gothos et Slavos ex R o m a n a in R o m a e n i c a m coaluisse. Supersunt mihilominus indicia, eandem ab initio modeste (ut ita dicam) depravatam fuisse, et plus de avita sua dignitate retinuisse, quam hodie: atque non nisi post adoptatas literas. Illyricas, translatosque ex Illyrico et graeco idiomate libros liturgicos, maxima ex parte cum Slavica permixtam fuisse; accessit demum aevo proxime elapso, ut ad Principatum Moldaviae et Valachiae non indigenae, sed externi et praecipue Graeci Constantinopolitani eveherentur, qui cum graecis turcicisque moribus, graecum et turcicum sermonem in aulis suis introduxerunt, a quibus Romaenica in iis provinciis maximam partem contraxit: ita ut nobiles viri, etiamsi non desint purissima patria vocabula, tamen haec aspernentur, atque peregrinis turcicis et graecis uti malint.

Ut totali huic depravationi aliquando tandem obex ponatur, inventi sunt ex ipsis Romaenis labente praeterito aevo, qui regulas Grammaticas concinnarunt; ex quibus primus fuit quantum scio, ***)

*) Reflexiunile nostre la puntele de panà acì, urmeza la capetulu acestui articlu. Not'a Edit.

**) Sunt praeter haec plura, sed vulgo haud usitata, et per ignaros linguae valachicae Slavos monachos, et sacerdotes, cum versione librorum liturgicorum ac aliorum e Slavico invecta. De his hic sermo non est, sed solum de iis, quae apud universam nationem quasi civitate donata sunt. E quibus tamen excipienda sunt plurima pariter, quae Romaenice proprie reddi possunt, adeo, ut haec Slavica recepta non tam ad constituendam, quam ad amplificandam linguam serviant; illorum porro vocabulorum, quae nulla ratione aliter in hac lingua exprimi possunt, vix triginta aut quadraginta invenire est. Not'a autoriului.

***) Autoriulu, cá contempuraniu potea se scia, cà antani'a Gramatica romana fù a lui S. Micu si G. Sincaiu, aparuta in 1780, er' a' Vacarescului aparù numai in 1787. Not'a Edit.

Protospatharius principatus Valachiae Vacarescul. Post eum secuti sunt plures, sed pace eorum dictum sit, praeter laudabilem conatum de patrio sermone bene merendi, vix aliquid praestiterunt; nam imprimis omnes fere linguam in sua peripheria, ut ita dicam vigentem, tradiderunt, seu potius linguam vulgi, unde adeo inter se discrepant, ut quemvis eorum aliam linguam scripsisse credas, dein vero, aut literis illyricis, aut alia barbara orthographia a latino sermone plane abhorrente, opera sua concinnarunt. Unde etiam observatum fuit a viris in hac lingua peritis, quod omnes, qui linguam hanc litteris illyricis scribendam, et ad regulas Grammatices reducendam censuere, operam et oleum perdiderint. Et reipsa hoc nulla ratione fieri posse, ex decursu huius operis quivis perspiciet. Illi vero, qui litteras quidem latinas, sed more Hungarorum adoptandas credidere, inextricabiles experti sunt difficultates. Felicior eorum tandem fuit conatus, qui linguam romaenicam latinis litteris indoli ipsius linguae diligentius pervestigandae accomodatis, scribendam arbitrati sunt; e quorum numero fuit P. Klein Ord. S. Bas. M. monachus Transylvanus, qui in Grammatica sua Daco-Romana Viennae typis vulgata, id saltem praestitit, quod nobis viam aperuerit, et vestigia monstraverit, quomodo lingua haec latinis literis scribenda sit. His ego vestigiis insistendo novam scribendi rationem indoli, ut puto, linguae accommodatissimam hocce in opusculo proposui, idque non solum Romaenorum gratia, qui deinceps fors latinis litteris scribere vellent, sed eorum quoque ex aliis nationibus, qui notitiam litterarum illyricarum non haberent, ut nempe latinarum ope facilius, tam Lexico, quam hacce Grammatica uti possint.*) In qua re quali cum successu versatus fuerim, tuum erit amice Lector judicare. Vale.

Nota. La imputatiunile facute limbei romanesci de catrà autoriulu acestei prefatiuni, pentru mai multe coruptiuni, nu avemu de a face decâtu pucine reflesiuni, parte pentru cà unele suntu recunoscute chiaru de insusi autoriulu a fí nefundate, parte pentru cà dupà principia-le propusa nece nu potu se fia fundate.

Preste totu luandu, recunoscemu si noi, cà in decursulu atâtoru secli, de candu s'a taliatu limb'a romanesca de catrà cele alalte limbe latine, multe scaimbari s'au facutu intru un'a si intru altele, cari in comparatiune cu formele mai vechie, potu se se numesca si coruptiuni, ceea ce s'a templatu si cu alte limbe si cu tote limbele. Inse nu tote scaimbarile acelea se potu numí strictè coruptiuni, ci dein contra une oria chiaru perfectiuni, fiendu ca tote limbele la inceputu au fostu forte neperfecte, si numai cu tempu au venitu, cari au venitu, la perfectiune si ast'a numai prein scaimbarile, ce s'au facutu pre incetu in formele primitive ale limbeloru.

In câtu pentru limb'a nostra, a determiná, cari au fostu form'a primitiva a' ei, este forte cu a nevolia, deca nu cu nepotentia, de cari inse vedi si Principia-le nostre nr. XVII. (pag. 80 seqq.), — cu potentia este numai a determiná, cari forme nu au potutu se fia primitive ale ei, si ast'a, esaminandu formele moderne seau mai vechie, câte suntu constatate prein documente istorice, de une parte cu formele latine, nu numai urbane ci si rustice, er' de alt'a cu formele straine dein alte limbe. Dupà care principiu criticu, formele latine, de si cu ceva variatiune, totu suntu romanesci, er' cele straine nece de cumu.

Trecemu la esaminarea speciale a' punteloru, dupà cumu suntu infirate mai susu, si adeca:

§. I. In câtu pentru pospunerea unoru articuli, inviàmu totu la Principia-le nostre, nr. XV si XVI (p. 65—80), unde amu tractatu acesta materia mai pre largu, de cumu amu poté face aicia. — Adaugemu, cà pospunerea acesta s'ar' poté numí coruptiune numai in casu, candu limb'a romanesca, in form'a sa primitiva ar' fí avutu articli, si iar' fí usuatu numai in-a-ante, er' nu si dupa nume cá acum'a, in care casu si noi amu recunosce, cà stramutarea articlului de dein-a-ante in dein-a-poi s'ar' poté numí in câtu-va coruptiune; ci acestu casu nu esiste, nece se pote constatá, ci e probabile, cà limb'a romanesca in form'a primitiva, cá si cea latina, nu a avutu de locu articli, er' formarea articliloru, ori dupa norm'a grecesca dein terminatiunile casuali, ori dupa norm'a altoru dialecte neo-latine dein pronumele demostrative, cumu amu dîsu aliurea *), s'a facutu mai tar-

*) Exercitii gratia, donec Lexicon lucem aspexerit, subjunxi parvum nomenclatorem, seu praecipua nomina, concinnandis vero Epistolis, dialogisque, aliisque hodie circa huiusmodi libros edendos, consuetis additamentis abstinui, cum talia ad magistros potius spectant, hoc vero opus pro specimine solum serviat, qualiter lingua haec latinis litteris scribi debeat, — atque magis pro domesticis, qui alioquin linguam norunt, conscripta sit. Not'a aut.

*) Gramatec'a limb. rom. pag. 177 seq. not. I. Archivu pag. 679 seq.

dîu, dupa despartîrea totale a' elementului latinu dein imperiulu orientale de catrà celu dein occidente. De unda nu pospunerea, ci introducerea articliloru in limb'a romanesca, ar' fí scaimbare, si deca vrei, chiaru si coruptiun'e, inse coruptiune comune totoru limbeloru neolatine; er' in adeveru nu pote fí vorba aici de coruptiune.

II. La adoptarea lui **si** in locu de **et**, oserbàmu, cà adoptarea lui si in locu de et, mai antaniu, deca si e vorba straina, ce noi negàmu, nu atinge constituirea interna a' limbei, ci numai form'a esterna, cá si adoptarea altoru multe vorbe straine, ceea ce se templa cu tote limbele dein lume, forà de a le-se imputá de coruptiune. In câtu inse pentru etimologi'a lui si, amu admite si noï, cà e straina, si pote chiaru magiarica, deca asta particea, antaniu, s'ar' aflá in usu numai la noi cesti dein Daci'a, er' nu si la celi dein partile Macedoniei, cari nu au avutu a face cu magiarii, cá noi, er' cu noi atâtu de pucinu, câtu nu potemu admite, cà eli dela noi o au luatu; — apoi Lesicografii limbei latine inca au recunoscutu, cà sic alu latiniloru insemná si etiam; de unde in limb'a romanesca panà astadi si simplu dîcemu numai pentru et, etiam etc., er' pentru sic dîcemu numai asî (la noi celi vechi), si asia la celi mai noi, dela cari se derivara si asisi (erasi la celi vechi) si asisi-de-rea la celi vechi si noi.

Inse nece vorb'a et nu a peritu de totu in limb'a romanesca, ce pote cà autoriulu prefatiunei nu a sciutu, seau nu a oserbatu. Asia E simplu in locu de et alu latiniloru e forte usitatu la celi vechi ai nostri; esemple amu citatu in Principia (p. 398 *); inse pentru altu E, in locu de este, pre incetulu a esîtu dein usu; — er' E compusu, in form'a E-ru, E-ra, si era-si, e usitatu si panà astadi, derivatiunea loru dein verum, seau vero, seau iterum, fiendu mai anevolia de demustratu.

III. La adoptarea lui ne, ce-lu numesce particea slavica, in locu de negatiunea in a' latiniloru, a respunsu insusi autoriulu prefatiunei in not'a sub *); la cari mai potemu adauge si noi: ne-scio in locu de non-scio, pentru care latinii nece una data nu au dîsu in-scio, decâtu in adiectivulu in-scius, cá in tote adiectivele cu in, in cari singure in are semnificatiunea negativa cá ἀν si ἀ grecescu, cu care e afine; — asia si ne-mo dupà derivatiunea filologiloru latini dein ne-homo, romanesce: ne-omu; precumu si negligo seau neglego, in locu de nec-lego, adeca non-curo, cá a' greciloru οὐκ ἀλέγω; — er' nec-opinans, nec-opinanter, nec-opinato etc. e mai elegante dîsu, decâtu inopinanter, inopinate etc.

Apoi particeu'a negativa ne, se afla nu numai la latini in compusetiune, ci si in limb'a mai vechia grecesca si la poeti, precumu arata vorbele: νηκερδής, νήκερος, νηπαθής, νήποινος si alte multe.

De unde negatiunea ne, nu se pote dîce cu nece unu cuventu propria slavica, ci comune greciloru si latiniloru, — cá si slaviloru, prein urmare si romaniloru.

De almentrea, ne in limb'a romanesca se pune mai numai in compusetiune cu gerundia si participia, pr. ne-sciendu, ne-sciutu, nesciente neusitatu cá participiu, ci usitatu in derivatulu: ne-scientia, etc., cá latini (nescius) nefandus, nec-opinans etc; — seau cu substantive, cá ne-omu etc.; mai raru cu adiective, pr. ne-bunu, ne-tare la celi vechi (in locu de слав), ne-totu etc. De unde nece aici pote fí vorb'a de coruptiune.

IV. In câtu pentru scaimbarea sunetului vocaliloru A si E in-a-antea unoru cosunatorie, alesu in ъ si ѫ, amu tractatu pre largu in Gramatec'a nostra cea mai noua *), la care inviàmu; oserbàmu inse si aici, nu numai cà si in limb'a latina se paru a fí fostu aceste sunete oscure, precumu si astadi se audu in unele dialecte italice **), dein care causa si in limb'a francese multu s'a mutatu in ai (pronunciatu acumu cá E), er' E in-a-ante de cosunantea nasale ng in A, pr. volontaire, secondaire, inca si amer, mer etc. in locu de amar, mare; asemenea si in dent dente, cent centum etc. cá dang, sang etc., — dar' inca si, cà atare scaimbare se tiene curatu de pronuncia, prein urmare, chiaru dupa oserbatiunea autoriului, intru nemica nu atinge form'a

*) Vedi si in Archivu pag. 107 punt. 10.

*) Vedi alesu §. 18 si 19, pag. 48 seq. si pag. 51 seqq.

**) Vedi scrisori'a lui S. Barnutiu, marturia autentic'a in Archivu pag. 118, col. 1.

interna a' limbei romanesci, cumu nu atinge nece form'a altoru limbe, in cari se facu asemeni mutari in pronunciatiune.

Cele alalte punte, de sub a) pana le e), de si admitemu, cà unele suntu scaimbari mai tardîe, de acea inse totu nu se potu numí strinsu coruptiuni, ci formeza numai punte de diferentia dialectuale, prein cari limb'a romanesca diferesce de cele alalte dialecte neo-latine, si forà cari, si forà alte mai multe, limb'a romanesca ar' fí remasu limba, cumu a fostu la inceputulu ei, in Itali'a, lingua rustica, ce nu potea remané.

Dein cari se pote vedé, cà coruptiunile infirate mai insusu, pre nedereptu se numescu asia, — seau deca se imputa limbei romanesci, atunci potemu dîce, cà nece una limba alt'a romanica nu e mai necorupta decâtu a' nostra, si inca mai multu, cà nece una limba in lume, fia si cea mai perfecta, nu se pote numí ne-corupta.

Conchidemu, cu oserbatiunea, cà judecat'a autoriulu despre operele gramatistiloru romani in-aante de sene, ne-se pare prea aspra.

(XLVI.)

Nicolau, A. Episcopulu Strigonului.

II.

Escerpte dein opulu istoricu „Hungaria".

CAPUT XIII.

De Moldavia.

Moldavia regio, ab oriente conjungitur Transalpinae; ad septemtionem, occidentem versus, Polonis; ad boream interposita Podolia, non longe absunt a' Tartaris, qui vicini sunt Ponti Moeotidos *). Eius etiam regionis princeps vocatur vaivoda, non tantis mutationibus periculosis, quam Transalpini, obnoxius. Haud aliter tamen hic quoque, quam ille, juramentum praestat regi Hungariae fidelitatis exhibendae. Qui ut in fide permaneant, liberalitate regum Hungariae, in Transilvania aliquot arces possident*). Nostra hac tempestate huic provinciae praeest Petrus Vaivoda. Lingua, ritu, religione, eadem Moldavi utuntur, qua Transalpini; vestitu aliqua saltem ex parte differunt. Judicant se Transalpinis esse et generosiores et magis strenuos; equis praestant. Saepius a rege Hungariae defecerunt; saepius cum rege Poloniae bellum gessere. Ad quadraginta et ultra, millia hominum armatorum dicuntur cogere posse. Sermo eorem et aliorum***) Valachorum, fuit olim Romanus: nostra tempestate maxime ab eo differt: praeterquam quod multa eorum vocabula latinis sint intelligibilia.

Tienutulu Moldovei, despre resaritu se impreuna cu Romani'a; de miedia nopte spre apusu cu Polonii, spre miedia nopte dein colo de Poloni'a nu suntu departe de Tatari, carisu vecini cu laculu Azow. Si principele acestei tiere se numesce Voda, inse nu e espusu la atâte mutari periculose, cá celi dein Munteni'a. Dealmentrea si acestia, cá si celia, punu juramentu regelui Ungariei, cài voru fí credentiosi. Cari, cá se remania in fidelitate, dein liberalitatea regiloru Ungariei au mai multe castele in Transilvani'a. Pre tempulu nostru domnitoriulu acestei tiere este Petru Voda. Limb'a, dàtene-le, relegiunea Moldoveniloru, suntu totu acelea cu ale Munteniloru; in portu inse se destingu in câtu-va unii de alalti. Eli se tienu a fí mai generosi si mai bravi decâtu Muntenii; cu caliĭ-i intrecu. De multe ori s'au lapedatu de regele Ungariei; si mai de multe ori s'au batutu cu alu Poloniei. Se dîce, cà potu se scotia panà la 40 milie de intrarmati, si mai multu. Limb'a loru, cá si a' altoru romani, mai demultu erá Romana, inse pre tempulu nostru forte multu diferesce de aceea, decâtu cà multe vorbe de ale loru, potu se le intielega si latinii.

*) Malim legere: Paludi Moeotidos. Not'a lui K. De almentrea inca marginile Romaniei si Moldovei suntu descrise aici prea curiosu.

**) Asia Cetate - de balta, Vintii - de diosu etc.

***) De Valachorum lingua, vide Laur. Toppeltini Orgines et occasus Transylv. Cap. VIII. Et, de Valachorum origine, Cap. VI. Lugduni, A. 1667 formâ duod. Not'a lui K.

CAPUT XIV.

De Transsylvania.

Transilvania *), unde quaque cincta est altissimis alpibus, ex ea maxime parte, qua a Transalpinis secernitur: uno saltem ex latere, quo Septemtrionem, et Moldavos respicit, patentiorem habet aditum. Ex Hungaria, tres ad eam patent viae, haeque difficiles et salebrosae. Una appellatur Mezes, ex ea parte, qua Sámos; alia Keres dicitur, qua Keüres; tertia Porta Ferrea dicitur, qua Maros, labuntur flumina. Ex Transalpina, augustus et arduus est ingressus. Hanc ob rem, Turcae, qui hinc invaserunt Transylvaniam, magnam saepe a parva manu, accepere cladem. Facilius ex Transylvania, quae triginta vel circiter, milliaria Hungarica longa est, lata fere totidem, aut paullo minus, totam Hungariam subigere possis, quam ex Hungarica Transylvaniam. Nam, itinera eius roboribus succisis, facile coarctari possunt.

§. II. Gens adhaec, membris **) bene compacta, bellicosa, armata, et equis robustis bonisque provisa. Regio tota, nunc planitiem, nunc ***) sylvas, alternatim habet: aquarum divortiis, flexionibusque, ut paullo post dicemus, intersecta, agri fertilis: vini ferax, auri, argenti, feri, aliorumque metallorum, praeterea salis plena; boum, ferarum, ursorum, piscium abundantissima; ut naturam accusare non possis, quin omnia vitae commoda, in eam contulerit regionem. In hac sunt †) quatuor diverso genere nationes: Hungari, Siculi, Saxones, ††) Valachi inter quos, ineptiores bello putantur Saxones†††). Hungari, et Siculi, eadem lingua utuntur; nisi quod Siculi quaedam peculiaria gentis suae habeant vocabula: de quibus in fine operis latius dicemus. Saxones, *†) dicuntur Saxonum Germaniae esse coloniae, per Carolum Magnum eo traductae: quod verum esse arguit, linguae utriusque populi consonantia.

Transilvani'a e incungiurata de tote partile de munti forte inalti, alesu de partea, ce o desparte de Munteni'a; celu pucinu de laturea, catrà miedia nopte si Moldov'a, intratulu ei este mai latu. Dein Ungari'a trei càli ducu in Trni'a, inse grele si lunecose. Un'a se chiama Mésesiu, dein partea unde curre Somesiulu; a' dou'a Crisiu, pre unde curre Crisiulu; si a treia Port'a de fieru, pre unde ese Muresiulu. Dein Munteni'a intratulu e angustu si a nevolia. Dein care causa, Turcii, cari de acì au intratu in Trni'a, adeseori au suferitu mare stricatiune dela una mana de omeni. Dein Trni'a, carea e lunga cá de 30 de mile, si de lata camu pre atât'a seau ceva mai pucinu, mai pre liusioru se pote cucerí tota Ungari'a. Pentru cà càli-le ei pre liusioru se potu strimtá cu stegiari taliati.

§. II. Afora de acea, poporulu e bene compactu la corpu, bataliosu, intrarmatu, si provediutu cu cali tari si buni. Tota tiera, acum e siesu, acumu padure scaimbanduse, curmata de cursure de ape sierpuitorie, precumu se va vedé numai decâtu; cu pamentu fruptuosu, producutoriu de vinu, auru, argentu, fieru, si alte metale; forà de acea, plena de sare, cu boi, fiere, ursi, si pesci in abundantia, in câtu naturei nu se pote imputá, cà nu ia datu tote cele de lipsa pentru viatia. Intru ins'a suntu patru natiuni diverse: Unguri, Seculi, Sasi, si Romani, intre cari Sasii se credu mai ne-apti la batalia. Ungurii si Seculii au aceeasi limba, decâtu cà Seculii au unele vorbe proprie limbei loru, de carí vomu scrie mai pre largu la capetulu acestei carti. Sasii se dîcu a fí colonie dein Sasii Germaniei, adusi acolo de Carolu-marele; ceea ce se adeveresce prein identitatea limbei amendororu popora-loru. Românii se dîcu a fí colonie-le Romaniloru. Proba

*) In margine: Transylvania regio.

**) In margine: Gentis habitus.

***) In margine: Regionis ingenium.

†) In margine: Quatuor in Transylvania nationes.

††) Non sunt inter nationes Transylvaniae censendi Valachi, ex hodierno provinciae habitu: quod norunt Juris publici periti. Not'a K.

†††) Aliter legas, apud Bonfinium, Decad. IV. Lib. VI. pag. 614. 29. ubi Saxones, loco difficillimo, primas in pugna partes, sibi viriliter deposcunt. Not'a K.

*†) In margine: Saxonum Transylvanorum origo. — Sub linia: Eleganti compendio exhibet Toppeltinus, doctorum, de Saxonum originibus, controversias, loco cit. Cap. III. Not'a K.

Valachi, Romanorum coloniae esse traduntur. Eius rei argumentum est, quod multa habeant communia cum idiomate Romano, cuius populi, pleraque numismata, eo loci reperiuntur; haud dubie magna, vetustatis imperiique isthic Romani indicia.

§. III. In hac Transylvania *), Saió, Bistricia, duo Sámos, magnus et parvus, qui Viszsza Folyo hoc est, adversus fluens vulgo appellatur, ac duo Keŭres, olim Cusus[a]) dictus, velox et albus: Marus qui olim Amorrois, Marisus, vel Morossus vocabatur: Aranyas, Kikelö, et Ompoy flumina, ariuntur. Quae postea diversis aucta fluviis, tum intra, quam extra Transylvaniam, maiori eorum parte fiunt navigabilia. Saió**), in finibus Siculiae, Septentrionem versus, ortum habet; qui, mixtus primum Bistricia amne, civitatem, et opibus et civium multitudine, satis potentem alluente, supra oppidum Dees, in cuius montibus sal foditur, in Samosium magnum***), ex radicibus alpium Moldaviae emersum, ingreditur; circa quod oppidum, Samosium etiam parvum, ex radice alpis Kalata, ad meridiem, sitae, supra oppidum Vásárhely ortum, admittit. Hinc inter duos montes arduos decurrens, Tibisco, supra vicum Naddi sub oppido Namen miscetur†). Inter fontes Samosi Parvi et Velocis Kewres ac alpes Valachorum usque ad flumen magnum Samosium, sunt Gyalu, Almas, Hunyad arces; Vásárhely, Seck, Iklod, Némethi, Alpreth, Kereszthur, Mihály: Ciobor. Non longe a Gyalu, Kewres ipse Velox oritur, cui loco Kewereslew, hoc est Caput Kewres, est nomen††); qui in meridiem excurrens ac in angustiis montium, crebris reflexionibus gyrisque, ut non secus, quam saepius reversus, uno die vigesies circiter trasmeetur, cum magno inter silices strepitu, primum pagum Feketeteŭ, tum extra Transylvaniam, Reŭw et Thelegd arces, deinde Varadinum civitatem praeterlabens, recta meridiem versus, decurrit, admissoque utriusque Ke-

pentru aceea este, cà au multe vorbe comuni cu limb'a latina, si forte multe monete romane se afla pre acelu locu, cari suntu probe neindoitu forte mari pentru vechimea si imperatí'a romana de acì.

§. III. Aici in Trni'a se nascu apele: Sîeu, Bistriti'a, Sómesia doua, Somesiulu mare si micu, — si Crisiure doua, Crisiulu (mai de multu Crisus, nu Cusus) liute si albu; Muresiulu, care mai de multu se numea Amorrois, Marisus seau Morosus; Ariesiulu, Cuculiulu si Ampoiulu. Cari apoi luandu mai multe riure, in la-intru seau afora dein Trni'a, mai mare parte se potu plutí. Sîeulu, se incepe in marginile Seculîmei spre miedia nopte, carele mai antaniu mestecanduse cu Bistriti'a, care trece pre lenga acea cetate destulu de potente in averi si in multimea cetatianiloru, de asupr'a Opidului Desiu, dein muntii carcia se sapa sare, intra in Somesiulu-mare, ce se nasce la radecinele muntiloru Moldovei; lenga acel'asi opidu cuprendiendu si Samesiulu-micu, care se nasce la radecin'a muntelui Calat'a de catrà media-dì de asupr'a opidului Vasarheliu. De acì currendu preintre doi munti inalti, se mesteca cu Tis'a, de asupr'a satului Naddi suptu opidulu Namen. Intre funtanele Somesiului-micu, si Crisiului-liute, si intre muntii romanesci panà la Somesiulu-mare, suntu: Gileu-lu, Almasiu-lu, Huedinu-lu fortaretie; si Vasarheliu, Secu, Iclodu, Nemetea, Olpretu, Cristuru, Mihaliu, Ciobor. Nu departe de Gileu, se nasce insusi Crisiulu celu liute, la loculu, ce se chiama: Capulu Crisiului, carele trecundu spre miedia-dì si prein strimtorile muntiloru, cu multe intorsure si suciture, asia câtu adese ori intru una dì de 20 de ori se trece, cu mare resunetu preintre stance, mai antaniu ajunge la Teu-negru, si de acì a fora de Trni'a la fortaretie-le Rev si Telegd, decì pre lenga cetatea Oradei trecundu dereptu

*) In margine: Flumina Transylvaniae. a) Erore, in locu de Crisus. Not'a Edit.

**) In margine: Saio.

***) In margine: Sámos.

†) Rectius, ad Szomosszeg, unde et vici nomen. Not'a K.

††) In margine: Albus Kewres.

wres, Nigri et Albi fluvio *), in Tibiscum supra Csongrad exoneratur. Fons nigri Kewres oritur in alpibus Belenes **), prope arcem Fekete Báthor. Albi vero Kewres in montibus Transylvaniae meridionalibus circa oppidum Abrwgh-Banyam, qui penes Keres-Banyam ac Felthot ad arcem Gyulam et Bekes in meridiem decurrit, atque cum aliis duobus Kewres in loco jam dicto miscetur. Fons vero fluvii Marus, sive Marisi, in Siculia ortum habet, qui admissis Gergyo, et aliis rivulis, eodem fere tractu ortis, ad viscera penetrat Transylvaniae qui tandem non longe a Gherend oppido, fluvium Aranyos ***) ad meridiem in alpibus Septentrionalibus, circa oppidum Abrwgh-Banyam sitis, Orientem et Septentrionem versus, penes vicos Lwpsa, Thorozko, ac oppidum Thorda, in cuius montibus sal est, defluentem admittit. Ideo nomine Aranyas appellatum; quia non secus, quam de Tago Hispaniae, ac Pactolo Lydiae fluminibus memoriae proditum est, aureas vehat arenas: Aranyas enim Hungaris sonat auratus ****). Hinc Marisus ipse, admissis supra Albam Gyulam †), quae sedes est Episcopi Transylvanensis, (Ecclesia Cathedrali multisque opulentis Sacerdotiis et sepultura Joannis Huniadys inclyta) Kikelew, Ompay; et aliis fluviolis, penes eandem Albam Gyulam, et oppida Wyncz et Borberek dirimens, meridiem versus inter oppidum Zázváros et Rapolth, (a quibus spatio duorum milliarium, Hunyad ††) arx fortissima, sub radice montis meridionalis sita distat,) haud procul a Demia †††), arce in altissimo monte condita, penes Kapronczam et Varalyam, inter montes utrinque eminentes, qui rivulos illi infundunt plerosque, labitur; deinde praetergrediens Lippam arcem, Orodium Práeposituram et Ecclesiam collegiatam, Nagylak arcem, ad Zegedinum ††††) oppidum, Tibisco miscetur.

spre miedia-dî, si luandu in sene pre Crisiulu negru si albu, se versa in Tisa de asupr'a Ciongradului. Funtan'a Crisiului negru se afla in Muntii Beiusiului aprope de fortareti'a Batoru negru. Er' a Crisiului albu e in muntii Trniei despre miedia-dî pre la opidulu Bai'a Abrudului, de unde pre lenga Bai'a-de-Crisiu si Feltotu trece la fortareti'a Giula si Bichisiu spre mieda-dî, si cu cele alalte doua Crisiuri se impreuna la loculu numitu. Er' funtan'a Muresiului se afla in Seculîme, unde impreunanduse cu Giurgiu si cu alte riuréle, nascute mai totu in acelu tienutu, strabate la midiloculu Trniei, si in urma nu departe de opidulu Grindu cuprende in senesi riulu Ariesiului, care se nasce in muntii de miedia-nopte de lenga opidulu Bai'a-Abrudului spre miedia-dî, si curre spre miedianopte pre lenga satele Lupsi'a si Trascàu, si pre lenga opidulu Turd'a, in muntii caruia se afla sare. Ariesiulu, unguresce aranyas, se numesce, pentru cà, precumu se dîce de Tagulu Spaniei, si de Pactolulu Lidiei, porta arena de auru; aranyos unguresce insemnandu aurosu. De aici Muresiulu, dein susu de Alb'a-Julia, carea e scaunulu Episcopului dein Trni'a (memorabile pentru baserec'a catedrale si multe preutîe forte avute, si pentru mormentulu lui Ioane Huniade) cuprendu Cuculiulu, er' Ampoliulu, si alte riurele chiaru la A. Julia, si despartiendu Vintiulu de Barabantiu, curre spre miedia-dî intre opidulu Orestia si Apoldu, (dela cari in departare de 2 mile se afla Hunedor'a fortaretia forte tare) nu departe de Dev'a, fortaretia pusa pre unu munte forte inaltu, pre lenga Caprunti'a si Subcetate, intre munti inalti de ambe partile, cari-i tramitu mai tote riurele-le; de acì trecundu pre lenga Lipov'a fortaretia, si Orodulu prepositura cu basereca colegiata, si Nogilacu fortaretia, intra in Tis'a la opidulu Segedinu.

*) In margine: Niger Kaeraes.

**) In margine Eius Fons.

***) In margine: Aranyas fluvius.

****) Igitur, concordat, cum veterum Chrysio, vocabulum: quod itidem ab auro petitum est. Not'a K.

†) In margine: Civitas Alba Julia sedes Episcopi.

††) In margine: Hunyad, et Damia, arces.

†††) Erore probabile, in locu de Dewa.

††††) In margine: Zegedinum oppidum.

§. IV. Inter fontes Aranyas et eius ostia, a Septentrione incipiendo meridiem versus, sunt oppida, et villae Sanctus Rex, Detze, ubi naves sale onerantur, Myroslo, Thorozko, Ennyed, Dyod, arx Szent-Mihály-Kew, Lwpsa, Polsaga, Zolothna, Bakay: item Kebelkwth Somkerek, Bontzida, Ludas, Kolos, ubi sal e monte extrahitur, et alia nonnulla. Kolosvár *), Teutonice Clausenburg, quae olim Zeugma fuisse traditur. Civitas, et situ, et opibus, et rerum omnium copia, mercatoribusque inclyta. Abbatia Colosmonostor, Thorda **) oppidum; penes quod similiter sal scinditur; et multa alia. Ultra, sub Siculia, intra alpes, quae orientem versus Transalpinae imminent, et quibus ad meridiem Transylvania, ab Hungaria disjungitur, sunt oppida: Regen, Vásárhely, Zakad, Terem, Nagylak, Saaros, Udvarhely, Rehalom ***), arx Kikeleü, non minus munita, quam amoena. Civitates: Megyes, et situ et arte munita, ac usui hominum commodissima; altera civitas, Brassovia, sive Corona †,) antea Zemigethusa ††) appellata, ad fines Transylvaniae, orientem versus sita est, tum munita, tum civium, et mercatorum frequentia, celebris, victu vero commoda. Adhaec, Transalpinorum, et aliorum externorum hominum emporium. Huic vicina est arx Thertz †††), fortissima, claustrum veluti, et porta Transylvaniae, qua Transalpinia est introitus, in asperrimo loco sita.

§. IV. Intre funtanele Ariesiului si intre gurele lui, incependu despre miedia nopte spre miedia-dî, suntu opidele si satele: San-Craiu, Detze, unde se incarca plute cu sare, Mirislàu, Trascàu, Aiùdu, Giogiu, fortareti'a San-Mihaliu, Lupsi'a, Poceag'a, Slagn'a, Bakay: si Chebelcutu, Sintereag, Bontîd'a, Ludusiu, Cogiocn'a unde se scote sare dein munte, si altele câte-va. Clusiu-lu, nemtiesce Klausenburg, care orecandu se dice a fi fostu Zeugma. Cetate renumita si dupa situatiune, si dupa averi si multîmea totoru lucrureloru, si negutiatoría. Munastirea Clusiu-munasturu, Turd'a opidu; lenga care inca se talia sare, si alte multe. Mai departe, in Seculîme, intre muntii de catrà resaritu aprope de Muntenia, si cari spre miedia dî despartu Trni'a de Ungari'a, suntu opidele: Reginu, Osiorheliu, Zakad, Teremi'a, Nogilacu, Siarosiu, Odorheliu, Cohalmu, si cetatea (de balta) Cuculiu, pre câtu de intarita, pre atât'a si desfatatoria. Cetatile: Mediasiu, si dupà locu si dupà arte intarita, si prea comoda spre lipsele omeniloru. Alta cetate e Brasiovu, almentrea Corona, mai de multu numita Sarmisegetus'a, in miediuincle Trniei spre resaritu pusa, si intarita, si renumita si dupà multimea cetatianiloru si negotiatoriloru, precumu si comoda pentru traiu; de almentrea si piati'a Munteniloru si altoru omeni straini. In vecinetatei este fortareti'a Branu, forte intarita cá una munastire, si port'a Trniei de intrare in Romani'a, asiediata pre unu locu forte aspru.

Nota. Si in capulu acest'a aparu mai multe erori topografice, inse cari se potu escusá prein departarea autoriului dein patri'a sa in tiera straina. Mai batutoria la ochi este oserbatiunea lui, cà Clusiulu este Zeugma, si Brasiovulu Sarmisaegethusa.

CAPUT XV.

Continuatio Descriptionis Transylvaniae.

Hinc sunt septem Civitates ††††), quas Sedes vocant Saxonicas. Cibinium, Százsebes, sive Millenbach, olim Sabesus, Segesvár,

De aici suntu cele siepte cetati, cari se numescu scaune sasesci: Sabiniu, Siebesiu sasescu seau Millbach, orecandu Sabesus, Sie-

*) In margine: Kolosvár civitas.

**) In margine: Thorda oppidum.

***) Erore in locu de Kehalom.

†) In margine: Brassovia civitas.

††) Vidandus de hac urbe est, ne antiquiores sollicitemus Stephanus Zamosius, Analectorum lapidum Daciae. Cap. V., p. 33. Prodiit libellus Patavii, Anno 1593, forma duodec. mai. Nota K.

††† In margine Thertz arx.

††††) In margine: Septem civitates, sive sedes Saxonicae.

Sasvaros, sive Brosz, Vyntz, Bertalom, et Holtzonia. Harum quarumlibet praefecturam, quae Judicatus Regius vulgo vocatur, Rex confert. Subsunt his singulis, multa oppida et vici.

§. II. Cibinium,*) caput septem Sedium Saxonicalium, qua orientem et meridiem respicit, in colle; qua vero alias plagas, in ipsius collis lateribus exstructa est. Fons est in loco urbis editiore, ex quo aqua, per canales eo ducta, in labrum decidit; hoc magna incolarum pars utitur. Qua ab occidente intratur, in loco urbis humiliore, admissum est brachium Cibini amnis, qui pleno alveo extra moenia delabens, in fluvium Altum, complires rivulos, ex Septentrionalibus Siculiae plagis ortos, prius admittentem, non procul a turri rubra, exoneratur. Hoc brachio, molae frumentatariae, et aliae intra moenia, ad civium usum fabricatae, aguntur. Magna est haec urbs, atque potens, et non solum aedificiis magnificis, sed omnibus negotiationibus, aliisquae rebus florens. Adhaec, munitissima praeter moenia, quae et lata sunt, et turribus crebris robusta, fossa ex omni parte, praeterquam ab oriente, aquatica et lata, et profunda, circumducta est. Quam extrinsecus, in omnem urbis partem latissima et altissima vivaria, in triplicem et quadruplicem ordinem, alicubi ad unum fere Italicum milliarium, circumcingunt: ob quae, non patet ad moenia aliunde hostibus accessus, quam per vias, quae ducunt diversis e regionibus, ad urbis portas. Hae quoque vallo, claustris et aliis munimentis satis firmatae sunt, ut vix alia ratione urbs expugnari possit, praeterquam inedia, aut civium negligentia, vel discordia: quibus potentes saepe urbes periclitatae fuere. Non procul hinc ad radicem alpium, quae sunt Transalpinam versus, est turris fortissima, sub ditione Cibiniensium existens, quae Rubra vocatur. Hac Turcae, per ardua alpium itinera saepe invasere Transylvaniam, cum maxima sui clade.

§. III. A Cibinio, non longe dissitum est oppidum Vizakna, prope quod sal effoditur. Ci-

ghisior'a, Orastia seau Broos, Vintii, Biertanu, si Holtzonia (?). Prefectur'a fia-carei dein acestea, ce se chiama Judeciulu regiu, se pune de regele. Si suptu ele suntu multe opide si sate.

§. II. Sabiniu, capulu celoru siepte scaune sasesci, spre resaritu si miedia-dî e pre dealu, er' spre cele alalte parti e asiediata pre costele dealului. Una funtana este in loculu mai inaltu alu cetatei, dein care ap'a pre canali currendu cade intru unu basinu, de in care cea mai mare parte a locuitoriloru se folosesce. Despre apusu, pre unde se intra in cetate, in partea cetatei cea mai de diosu, intra unu ramu dein riulu Sabiniului, care in albi'a intrega curre afora de murii cetatei si nu departe de Turnu rosiu se descarca in riulu Oltului, in carele intra mai multe riurele esîte dein partile nordice ale Seculîmei. Pre acestu ramu suntu mai multe mori de farina, si altele in laintrulu cetatei fabricate intru folosulu cetatianiloru. Mare e cetatea acesta si potente, nu numai cu edificia maretia, ci si cu tote negotiatorie-le si cu alte lucrure inflorindu. La acestea, si forte intarita, afora de murii, cari-su si lati si cu multe turnure tari, incungiurata si cu unu siantiu de tote partile, afora de cea spre resaritu, plenu de apa si de lutu si afundu. Er' de in afora o incungiura lacure forte late si afunde, in câte trei patru ordini, si pre alocurea cá de unu milu Italicu; pentru care inimicii nu potu se se apropie la muri pre aliurea, de câtu pre càli-le, ce ducu dein tote partile la porte-le cetatei, inse si acestea suntu destulu de intarite cu muru, incuuietorie, si cu alte intariture, asiá câtu asta cetate abia se pote espumná in altu modu, decâtu cu fomea, seau dein negrigea cetatianiloru, seau cu imparechiarea, prein cari adese ori multe cetati poterice s'au pusu in periculu. Nu de parte de aicia la radecin'a muntiloru, ce suntu spre Muntenia, este unu turnu forte tare, in tienutulu Sabinianiloru, ce se chiama Turnu rosiu. Pre acì, adese ori Turcii pre càli grele preintre munti au incercatu a intrá in Trni'a, cu mare pierdere a' loru.

§. III. De Sabiniu nu e departe opidulu Vizogn'a, lenga care se sapa sare. Lenga ce-

*) In margine: Cibinium civitas. — si sub linia: Est et in Hungaria, Cibinium, seu Sibinium, Comitatus Sárosiensis, Libera Regiaque Civitas, cum hac Saxonum Transylvaniae Metropoli, haud confundenda, de qua supra p. 49. Nota K.

vitati Zazvaros; cuius praefectura, nobis haereditaria, Matthaeus Oláhus, frater fungitur, in loco amoeno et fertili sita, et propter propinquum illi flumen, ad incolendum commoda; subest ad unum milliarium, semptentrionem versus, vicus quidam, cui nomen est Kenyér*), latine Panis. Huic adjacet campus eiusdem nominis**), planus longeque diffusus; qui memorabilis est, Turcarum et Hungarorum quoque, magna internecione. Matthiae regis tempestate, dum Stephanus Bathoreus Transylvaniae praeesset, Turci, duce Balibego alpibus superatis, numero, ut traditur, sexaginta millium equitum, invasere Transylvaniam. His Stephanus, coactis subito omnibus, quae potuere, Transylvaniae copiis, accersito etiam in auxilium, Paulo Kynisy, Comite Temesiensi, praeter Turcarum spem, in eo campo occurrit: ubi tanta utrinque commissa est caedes, ut rivulum, qui in campi medio labitur, sanguine mixtum fuisse, ab his, qui praelio interfuerunt, audiverim. Balibegus, cum paucis, per alpes difficulter evasit: nostrorum maxima pars interiit. Stephanum Bathoreum Vaivodam, equus ab hostibus vulneratus dejecerat, qui tamen adjutus a suis, incolumis evasit: in eo, quo deciderat loco, sacellum postea aedificavit, huius rei, perpetuum monumentum. Episcopi Transylvani eius temporis, ducenti equites cataphracti, in ea pugna desiderati sunt. Ad horum corpora conquirenda, ipsemet profectus, ea, Albam Iuliam, quae tribus circiter milliaribus ab eo distat campo, cum pompa funebri reduxit. Tanta fuit boni huius viri, erga suos, in defensione ab hostibus patriae, trucidatos pietas.

§. IV. Census habent Saxones***), statutos, quos Regi conferunt. Saepe tamen, maior legitimo ab eis exigitur. Agriculturae, et aliis laboribus sunt mirum in modum dediti: foeminae perinde opus faciunt, ac mares, quae patientissimae sunt laborum. His ex caussis Saxones opulenti sunt, hospites honorifice excipiunt, et lautissime tractant.

§. V. Fogaras†), arx munitissima, ad radices alpium, quae Transylvaniam a Transalpinis dividunt, condita: rivulis, qui ex alpibus delabun-

tatea Orestia a' careia prefectura noue ne este de mostenire, unde frate-mieu Mateiu functiuneza, pusa in locu fromosu si productivu, si pentru riulu dein apropiare, forte comoda de locuitu, nu departe, cá de una mila de locu spre miedia nopte, se afla unu satu, cei dîcu Kenyer adeca Pane, si lenga elu unu campu totu asia numitu, siesu si forte întensu, renumitu pentru marea perire a' Turciloru si Unguriloru pre tempulu regelui Matia, candu in Trni'a erá mai mare Stefanu Batori, si Turcii sub comand'a lui Balibegu, in numeru cá de 60 de milie calareti, precumu se spune, intrasera in Trni'a. In contr'a acestor'a Stefanu, adunandu rapede tote ostile Tnice, câte potù, si chiamandu intru ajutoriu si pre Paulu Chinisi comitele Temisiorei, le esî in a-ante preste asteptare in acestu campu, unde atât'a morte se fece de ambe partile, câtu riulu, care trece prein miediu-loculu acestui campu, s'a mestecatu in sange, precumu am audîtu dela celi ce fura de facia in batalia; Balibegu abia scapà cu pucini prein munti, er' ai nostri mai toti au peritu. Pre Stefanu Batori, Vod'a Transilvaniei, l'aruncase calulu, vulneratu de inimici, ci ajutatu de ai sei scapà in pace, er' intru memori'a acestei templari apoi redicà una baserecutia in loculu unde cadiuse. Dein calaretii inzauati ai Episcopului Trnu de atunci, 200 au peritu in acea lupta. Spre cantarea cadavreloru acelor'a insusi esîndu, cu mare pompa funebrale le a dusu la A. Julia, care cá la trei mile e departata de acestu campu. Atâtu de mare fù pietatea acestui bunu barbatu catrà ai sei, ucisi intru apararea patriei.

§. IV. Sasii au dare anumita, care o solvescu regelui; de multe ori inse mai multa se cere dela eli, decâtu se cade. Eli suntu de minune aplecati la cultur'a agriloru si alte lucrari; si mulierile de asemenea lucra cu barbatii, fiendu cele mai rabduríe la lucru. Dein aceste cause Sasii suntu avuti, cuprendu cu onore pre ospeti, sîi tracteza forte desfatatu.

§. V. Fagarasiulu, e una cetate forte intarita, la radecin'a muntiloru, ce despartu Trni'a de Munteni'a, desfatata cu multe riurele, ce curu

---

*) In margine: Campus Kenyér.

**) Sub linia: Hungaris, Kenyér-Mező. Pugnae historiam legere est apud Bonfinium, Decad. IV. Lib. VI. pag. 614 seq. Nota K.

***) In margine: Saxonum indoles.

† In margine: Fogaras arx.

tur; in queis truttae sunt, et alii pisces delicatiores; aliisque rebus amoena. Haec arx est, veluti quidam parvus Ducatus*). Subjecti enim sunt ei Boierones Valachi, qui arcis dominum observant, ut Principem.

dein munti cu pastravi, si cu alti pesci mai delicati, si cu alte cele mai multe. Acesta cetate, este cá unu micu Ducatu. Cà sub ea suntu supusi boierasi romani, cari cauta la domnulu cetatei, cá la unu Principe.

Nota. Loculu celu mai intresante, inse si celu mai curiosu, este, §-lu antaniu dein acestu capu, unde autoriulu se pare, cà vrè se arate, pentru ce Trni'a se numesce nemtiesce Sieben-bürgen, siepte cetati. E curiosu, cà Vintii-de-diosu se numera intre scaunele sasesci, impreuna cu Biertanulu. Dar' ce va se dîca Holtzonia, a nevolia se pote precepe, de nu cumu-va intielege satulu, ce se numesce sasesce Holtzmengen, romanesce Holtsmanu, ceea ce ar' fi inca si mai curiosu.

(VII.)
Consemnare de carti si documente istorice mai rare.

(Continuare dein Nr. XXXV.)

Dein Catalogulu Msteloru bibliotecei Seceniane.

Dein tom. II.

Decreta nonnulla, Articuli, et Constitutiones aliquot diaetarum ac Congregationum Hungariae et Transilvaniae, fol. pag. 504. — Intre altele cuprende:

— Nr. 14. Constitutiones exercituales Universitatis trium nationum Transilvanicarum an. 1460 a Matthia R. approbatae.

Deduction, historische, von Siebenbürgen in fol. pag. 282; are sub:

— Nr. 14. Diplomata varia Transilvaniam concernentia.

— Nr. 16. Privilegium et Donatio Ladislai R. Ung. Saxonibus datum ratione rubrae Turris et pagor. annexorum. Etc.

Deductiones breves quarundam Familiarum Hungaricarum genealogicae, et scutariae. 4. pag. 224. — Intre altele —

— Nr. 27. Josika Barones de Baranyitska (sic).

— Nr. 39. Majláth Comites. Etc.

Deductiones et Tabellae genealogicae Familiarum Hungaricarum fol. pag. 56. — Intre altele —

— Nr. 12. Tabella genealogica familiae Corvinianae. Etc.

Descriptio Civitatis Claudiopolis ab origine repetita cum inscriptionibus in moeniis, etc. fol. pag. 43.

Diplomata, quae Stephanus Katona Abbas et Canon. Coloc. in Historia critica Regum. Hung. produxit. fol. tomi II. pag. 932 si 846.

Diplomata, Literae et Acta publica sine annis. fol. pag. 544. — Intre altele —

— Nr. 125. Literae Calo Ioannis Domini Bulgarorum ad Innocentium III. R. P. suam ei fidem pollicentis.

— Nr. 126. Literae Basilii A. Episcopi, quibus Innocentio III. commendat nuncium Calo Joannis.

— Nr. 127. Literae Calo Joannis, quibus petit, ut Basilium A. Episcopum faciat Patriarcham.

— Nr. 142. Mandatum regium, quo Ferdinandus R. jubet Petrum Haller Thesaurarium Transylvaniae pisetum neo-creato A. Episcopo Strigon. Nicolao Olcho (l. Olaho) administrare. Etc.

Diplomata Regum Hungariae. 4. tomi II. Tom. I. pag. 976. — Intre altele:

— Nr. 19. Transumptum Capituli Eccl. Transyl. de an. 1397. Literarum Sigismundi R. donationalium super possessione Dyod in Comit. Hunyadiensis pro Gurzone filio Ivan de Maramarusio.

— Nr. 21. Donationales Wladislai R. de 17. Apr. 1443 pro Joan. de Hronyad (l. Hunyad) Vaivoda Transyl. et C. Temes. super possessionibus Sárpatak, Unoka, Kapu in Tordensi, aliisque in Albensi.

— Nr. 42. Privilegium Ferdinandi R. de an. 1541 quo Joannes Szalay, Steph. Majláth, et Thomas Nadasdy creantur, Comites Fogarasienses. Etc.

— Tom. II. pag. 916. — Intre altele —

— Nr. 14. Literae Alexandri Vaivodae Mol-

---

*) Sub linia: Terra Fogaras, in diplomatibus audit; in titulis, inclitae gentis Comitum Nadasdy relata: quibus juribus, alibi dispiciemus. Nota Koll.

daviensis de an. 1557. quo Bistricenses jubet vias per alpes, et montes Zuhard, ac Borgow praeparare, ut cum exercitu in Transylvaniam penetrare possit.

— Nr. 17. Literae hungaricae de an. 1593. Aaronis Principis Moldaviae scriptae ad Bistricenses, quos rogat bonam vicinitatem in limitibus observare. Etc.

Diplomata nonnulla, et Literae selectae ex Codice epistolari Matthiae Corvini Schwantneriano. fol. pag. 92. — Intre altele —

— Nr. 13. Mandatum de an. 1467. quo Matthias R. tria Oppida in Transyl. Fogaras, Omlas, et Rodna semper conservari praecipit. Etc.

Diplomatarium anonymi Hungaricum cum Indice rerum et verborum alphabetico. fol. pagg. 239. — Intre altele —

— Nr. 21. Fragmentum Diplomatis Wladislaiani, vi cuius castra Almás, Thoroczko, Al-Diod, et Buza, in Transylvania, Beatrici relictae Joannis Corvini Opavien. et Liptovien. Ducis, eiusque filiae Elisabethae cedebat.

— Nr. 24. Epistolae Wladislai II. qua anonymi promtitudinem in ferendis Moldaviae Vaivodae suppetiis laudat.

— Nr. 88. Donationales Wladislaianae super oppido Al-Diod pro Radul Vaivoda Transalpinensi. Etc.

Documenta diplomatica a celeberrimis trium viris Georg. Pray, Car. Wagner, et Steph. Kaprinay collecta, et edita. fol. pagg. 202. — Intre altele —

— Nr. 36. Conventa et pacta inter Sigismundum Hung. R. et Myrcham Val. Vaivodam inita.

— Nr. 39. Confoederatio de a. 1437. Nobilium, Saxonum, et Siculorum in Transylvania. Etc.

Elenchi variorum Instrumentorum literalium, et Manuscriptorum. Tomi III. fol. pagg. 726, 638 si 710. — Intre altele —

— Tom. II. nr. 38. Inventarium diplomatum in variis auctoribus editorum, nominatim apud Farlatum, Schönwisner, Schmith, Horváth, Koller, Ganoczy, Kaprinay, Petri de Varda, Wagner, — Friederich, Kazy, Mallechich, Palma, Fridvalszky, Velium, Miller, Kollár, Lucium, Péterfy, Kerchelich, Lampe etc.

Elucidatio brevis status Principatus Transilvaniae in III. ac Celsiss. familia Apafiana. fol. pagg. 28.

Epistolae XV. legatorum Ferdinandi I. Hung. Regis ad Portam Ottomanicam Ant. Verantii, Fran. Zay, et Auger. Busbequii ex Autographis transumtae. Fol. pagg. 58. — Intre altele —

— Nr. 4. Epistola de 4. Jan. 1555 ad Cancellarium Olahum de Turcarum occultis machinationibus.

Extractus diplomatum, quae Georgius Marchio Brandeburgicus Beatricis de Frangepan mortuo Duce Joanne Corvino alter maritus, sub initium saec. XVI. in Franconiam detulit etc. fol. pagg. 572.

Felmer M. Kurzgefasste historiche Nachricht von der walachischen Völkerschaft überhaupt und derjenigen insonderheit, die heut zu Tage in dem k. k. Erbfürstenthum Siebenbürgen anzutreffen ist. in 4. pagg. 46.

Fragmenta aliquot diplomatum, et Actorum publicorum. Fol. pagg. 220. — Intre altele —

— Nr. 19. Donatio Georgii Regni Rasciae Despotae, ac Elenae consortis pro Joan. Hunyadi de a. 1414 super castro Világosvár.

Fragmenta statum publicum, et historiam Transylvaniae concernentia. fol. pagg. 444. — Intre altele —

— Nr. 20. Az Erdélyi történetekről illető kézirásoknak ujjabb, és bövebb Lajstroma.

— Nr. 25. Origo, antiquusque et modernus status legalis decimarum in fundo regio seu fiscali Transilvanico.

— Nr. 29. Species facti de lanienis Valachorum in Comitatu Hunyad, et Zarand mense novembri 1784 exercitis. Etc.

Genealogiae authenthicae nonnullarum illustrium, et nobilium familiarum Hungariae in Ordinem alphabeticum redactae. Fol. Tomi II. Tom. I. pagg. 590. Intre altele are despre: Oláh, Dragula etc. Tom. II. pagg. 444. Are despre: Duka, Oláh etc.

Handschriften (historische siebenbürgische) gesammelt von Lucas Narienburger. 4. tomi VII. pagg. 596. 952. 602. 555. 380. 460 si 464.

Kemény Joan. — maga életéről, és — magyar és erdély országot illető dolgokrol irtt historiája etc. Fol. pagg. 433.

Kiszel Paul. opera varii argumenti, cum primis juridici. 4. tomi III. pagg. 441. 277, si 247. — Intre altele — tom. I. nr. 2. Jura Siculorum, Saxonum, Valachorum et Armenorum in Transsylvania. Viennae 1799.

Kolinovich Gabr., Rerum hungaricarum libri XIII. seu omnium eorum, quae ab an. 1701 ad 1720 inclusive in Hungaria, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Bosnia, Servia, Transylvania, Valachia, Moldavia per Ungaros, Caesarisque exercitum gesta sunt, etc. fol. pagg. 403.

Koppi Car., Notata de rebus hungaricis. fol. pagg. 203. autograph. — Intre altele —

— Nr. 7. Lucubratio de Valachis etc.

— Nr. 9. Notata illustrantia historiam Dacicam. Etc.

Kovachich Georg. Mart., Scriptores rerum hungaricarum minores hactenus inediti. fol. tomi III. pagg. 246. 400 si 518. — Tomulu III. inca needitu.

Libraria diplomatum, literarum, et actorum publicorum statum saeculi XVII. in Hungaria adumbrantium secundum annorum seriem disposita. fol. tomi III. — Intre altele —

— Tom. I. pagg. 608 nr. I. Diploma Michaelis Valachiae Transalpinae et Moldaviae Vaivodae de 3. Aug. 1600 super decimis ecclesiarum Saxonicarum.

— Tom. II. pagg. 555. Tom. III. pagg. 484. nr. 37. Assecuratoriae de an. 1665. Bogdani Chmielniczky ducis Cosacorum de conservanda cum Valachis pace. Etc.

Literae Romanorum Pontificum Innocentii III. et IV. Gregorii IX. Nicolai III. ac Honorii III. ad Reges, Duces, atque Praesules Hungariae ex Vaticana Bibliotheca exscriptae ad usum A. F. Kollarii a Jos. Garampi, etc. 4. pagg. 238. — Intre altele —

— Nr. 16. Literae Innocentii III. ad Regem Hungariae de admisso transitu Legati apostolici per regnum ad coronandum Janicium (sic) Bulgarorum Regem.

— Nr. 17. Eiusdem ad Praesules ac Proceres Hung. de excipiendo, ex obtemperando Legato apostolico ad Bulgaros ituro. Etc.

Literae nonnulae Regum, Praelatorum et Procerum Hungariae. fol. pag. 82. — Intre altele —

— Nr. 5. Literae de a. 1350. quibus Andreas, Nicolaus et Simon filii Donch de Macedonia amice requirunt Nicolaum de Chak, ut impedire studeat impetrationem Districtus Beelvidike pro Mich. Osvaldo, et Busan filiis Nege.

— 23. Aliae de a. 1475. Praepositi Ecclesiae Albensis annunciantis omissam esse Caffam, Principesque Stephanum Moldav. et Bozoradum Transalpinum juramentum fidelitatis Regi Hung. praestitisse. Etc.

Manuscriptenarchiv angelegt von Lucas Jos. Marienburg Rector des Gymn. zu Kronstadt. 8. tomi XXV. pagg. 458. 358. 300. 400. 417. 410. 392. 394. 416. 462. 398. 468. 307. 298. 558. 446. 413. 823. 524. 397. 521. 291. 296. 466 si 244.— Cuprende escerpte dein multe Cronice vechie alesu sasesci, documente etc. er' mai speciale:

— Tom. XV. pagg. 558. Chronica, oder Historie der Walachischen Nation, — forà indoiela Cronic'a lui Grecianu dupa Filstich.

— Tom. XVI. pagg. 446. Auszug aus Sulczers Geschichte des Transalpinischen Daciens.— Ore si dein partea needita?

Marienburg Luc. Jos., Constantin Brankován des heiligen römischen Reichs in der Walachei Fürst, oder Begebenheiten desselben in den neunzehnten ersten Jahren seiner Regierung; aus der Handschrift seines Kanzlers Sadul (l. Radul) Gretschan erzehlt. 8. pagg. 96. — Accesserunt:

1. Namens-Verzeichniss deren Walachischen Fürsten, welche in den beygesetzten Jahren in der Walachey regiert haben.

2. Ein seltenes Porträt des Fürsten Mavrojeni gezeichnet von Obrist-Lieutenant Turati, gestochen von einem Hermannstädter Tischler Baurenfeind.

3. Walachische Notizen. Etc.

Mathiae Regis Hung. Epistolae plerumque ineditae fol. pagg. (lipsesce). — Intre altele —

— Nr. 5. Donatio Keneziatus per modum novae donationis facta.

— Nr. 18. Privilegium liberae migrationis rusticis concessum.

— Nr. 29. Ad Turcarum Imp. Bajazethem, super castris Kilian (l. Kilia), et Nester Alba tempore pacis in Bessarabia expugnatis restituendis.

— Nro. 30. Laudatur Stephanus Vaivoda Moldaviae. a suo obsequendi studio. Etc.

Miko Fran., Eletében az Erdélyi dolgokrol irt historiája. fol. Cui adjecta sunt:

Olaj ágat viselö Noé-Galambja, avagy magyarországi és Erdélyi gyuladásnak el-oltására a Németekkel, Magyarokkal, Oláhokkal, Törökökkel, Molduviakkal való örökös és tökélletes békesség meg-szerzésére készitett korsó-viz etc- — Etc.

Miscellanea diplomatum, literarum, et ac-

torum publicorum Hungariae, fol. pagg. 256. — Intre altele.

— Nr. 179. Rudolphi II. Imp. ad SS. et OO. Hung. de an. 1594. quibus eos de clade per Turcas illata solatur, et Consiliarios deligi jubet ad tractandum cum Transyl., Valachis et Moldavis deputatis. Etc.

Miscellanea historica hungaricarum rerum. 4. pagg. 206. — Intre altele —

— Nr. 8. Inscriptio marmoris Moysi Drágosy G. R. Episcopo Waradinensi an. 1784. di cati in templo cathedrali. Etc.

Miscellanea historico-hungarica. 8. tomuli II. pagg. 416 si 705.

— Tom. I. nr. 10. Tristia fata Ladislai Huniadis filii natu maximi.

— Nr. 12. Historia Mathiae Corvini variorum auctorum opera confecta. Etc.

— Tom. II. nr. 7. Bibliotheca Budensis.

— Nr. 8. Corvini Regis ornamenta. Etc.

(Va urmà.)

Documente pentru biografi'a lui S. Klain.

(Continuare dein Nr. precedente.)

Caeterum Ipse Illmus D. Praesul videtur bene agnovisse hac in re meam innocentiam, consequenter falsas esse criminationes eorum, qui calumniati sunt me coram R. Gubernio, quod me factionibus nonnullorum Graeci ritus nonunitorum immiserim, etenim anno adhuc 1796 hanc R. Gubernii commissionem mihi ostendit, Cui ego dixi, uti *Sua Illustritas inquirat, et inveniet me strenuum laboratorem pro re Catholica*, et dixi Praesuli, *modo esse de tempore cum disunitis agere, dum nolunt rascianum Eppum;* Ipse vero Illmus Praesul reposuit *Latinos magis debere solicitos esse hac de re, nam si nos cum disunitis agamus, apud Latinos suspicionem incurrimus, quasi non essemus vere uniti*, et tunc Cibinium ire me permisit: ast si me talem, qualis delatus fueram R. Gubernio agnovisset, utique non tantum non permisisset, sed potius graviter in me animadvertisset.

Satis mirari non possum cur tunc, dum Gubernialis Commissio emanavit ita mecum actum non sit, si ita periculosus fui? Sed modo post duos annos, cum ego ab eo tempore, prout etiam prius, nullas excurrerim sine benedictione et permissione superioritatis. Forsitan vitio vertitur mihi, quod elapsa quadragesima in comuni Domus negotio a Ven. Capitulo missus Cibinium iverim, ubi intra tres dies finito negotio recta domum redii. Quale quaeso hoc meum est peccatum? Imo si Illmo D. Praesuli suspectus fuissem de Schismate, non Ipsemet saepius concelebranti secum mihi sua manu sacram praebuisset Eucharistiam, sed praevie arcuisset me a concelebratione optime sciens, quod in dubio non liceat operari, nec me permisisset concionatorem agere in Cathedrali sua Ecclesia, et alibi in sua dioecesi, si quidem in concionibus virus schismatis maxime efundere possum.

Rmi Dni, ac in Xto fratres, dicere non possum quantum virtus mea defecit, cum recogitassem tam majorum et propinquorum meorum zelum, et laborem, tum etiam meum conatum, et indefessam operam pro incremento Ecclesiae Catholicae, et cultura nationis nostrae, et quod sub tribus Eppis consistorialem egerim, et alia officia et munia Ecclesiastica gesserim, et consenuerim in negotiis Ecclesiae Dei, et tamen propter delationem calumniosam ante duos annos factam et a R. Gubernio pro comperienda rei veritate horsum expeditam, modo ad instar gravissimi criminis reus in medium publici consessus Ven. Capituti vocor, et nullo respectu habito majorum de republica Ecclesiastica optime meritorum, aut laborum meorum, vel senectutis caniciei corripior, et prohibeor sine expresso indultu solius Praesulis aliquo exire, et Domi per modum cujusdam aresti semper manere. Quare Rmi Dni, ut tota suspicio et metus tolatur quod velim ad ritum non unitorum, qui unitis quoq comunis est, demississime supplico, quatenus liceat mihi transire ad ritum Ecclesiae Latinae, in quo reliquos dies vitae quiete, ac in immunitate Ecclesiastica, quam hic non semper expertus sum, transigere valeam, cujus ratione ego quoq Exmo D. Eppo Transylvaniensi Comiti a Botyany suplicaturus sum, ut me ad suam jurisdictionem, et ad Latinum ritum suscipere dignaretur, et tunc Disuniti me hominem Latini ritus suum non eligent Eppum. Vel si hoc fieri non posset, cognita jam mea innocentia liber declarer a calumniis iniq me accusantium, nec hic in claustro sub tali canone detinear, ut mihi soli in hac comunitate sine solius Illmi D. Praesulis ordinarii nostri expressa facultate exire aliquo etiam valetudinis curandae causa non liceat, etenim juxta praescriptum Illmi D. Consiliarii sanitatis et Protomedici modo ad montanam nativam auram per aliquot tempus exire deberem; sed adinstar aliorum Confratrum habear et ut sub prioribus Eppis fuimus cum Rmi D. Praepositi permissu, quemadmodum etiam regula praescribit exire valeam, et enim hactenus etiam sine scitu, et indultu Superioritatis nullas unquam exivi, et revocatus, illico domum redivi etiam cum gravi valetudinis ruina, uti anno elapso accidit.

Quantum vero adtinet benevolentiam populi, qui me propter opera mea sibi praesertim in re ecclesiastica utilissima, et necessaria; et propter piam doctrinam, quam a me audivit libenter habet ac diligit, ego non possum contra; sed si hoc periculum aliquod Ecclesiae Dei causat, videatur de modo, quomodo ei obvietur, et qualiter populus in contrarium persvadeatur.

Quae omnia dum omni cum submissione venerabili Capitulo substernere susineo suppliciter insto, quatenus hanc mei apologiam Excelso quoq R. Gubernio submittere dignaretur, ut et ego coram Tanto Dicasterio mundus et innocens declarer, et V. Capitulum, cujus membrum hucdum sum, a nota, quae propter me Eidem inuri posset liberum, et immune evadere possit. Dum de reliquo in profundissimo jugique venerationis cultu persevero fraternis adfectibus perenixe comendatus maneo Balasfalvae die 20 May, 1798.

Venerabilis Capituli Humillimus Servus
Samuel Klein m. p.
Capit. et Consistorialis Eppalis.

Dein a fora: *Praesent. et Lecta in Capitulo 24. May 1798.*

S'a copiatu de pre originariulu scrisu de man'a lui S. Klain. Aclusulu, la care se provoca, este intre acte in origine si are cuprensulu acest'a:

Атестатȣm.

Ла Реквiziцiia Преа Ч. Пърiнтелȣi Самȣiл Клаiн Iеромонахȣл din Чiнстiтъ Мънъстiреа Блажȣлȣi ка ȣнȣia, каре чéле dрéпте чéре; Консiсторiȣмȣл mai ꙟ жос iскълiт ꙟї dъ ачест de обще Тестimoniȣm: deспре ачéia прекȣm Inщанцiia, прiн каре Клерȣл Neȣniт dȣпъ ѡȣтареа din вiiацъ а авȣтȣлȣi mai de кȣрѫnd Преа осфiнцiтȣлȣї Епiскоп Герасim Adámoвiч ла Преа Iналтȣл Трон пентрȣ dобѫndiреа Епiскопȣлȣi din Neamȣлȣ шi Сѫнцеле сеȣ, аȣ фост пъzȣiт; нiче кȣ ꙟdemnареа, нiче кȣ сфатȣл Сфiнцiiї Сале, саȣ ал алтȣiа саȣ ащернȣт, чи Клерȣл ꙟ maї шȣлцї anї експерелȣiнd фоарте пȣцiна ачестор Епiскопї пентрȣ вiнеле чел de обще трацере dȣ inimъ, шi пȣртаре de грiже, шi de кътръ сiне iнстреiнаре, шi dinтрачéстеа прiчiнї греотъцiле прiн трѫнiii din zi ꙟ zi ꙟmȣлцiте не mai пȣтѫndȣле пȣртà, сiлiт аȣ фост Клерȣлȣ ачастъ тѫнгъере а о кȣтà; каре чéрере шi dȣпъ моартеа D. Епiскоп Нiкiтiч, кѫnd nȣ ерà препȣс deспре maї сȣс Преа Чiнстiтȣл Пърiнтеле Клаiн, къ ар ȣmблà dȣпъ влъdiчiia Neȣniцiлор, ла Кръескȣл Гȣбернiȣm ачелаш Клерȣш аȣ фост ащернȣто.

Ꙟсъ нiче вреo чéрере, ка Клерȣл съл пофтеаскъ пе Сфiнцiia са Влъdiкъ Конziсторiȣмȣлȣї саȣ dȣпъ моартеа D. Епiскоп Adamoвiч, саȣ maї de кȣрѫnd nȣ аȣ daт, нiче ачест фéлiȣ de кȣцет аȣ арътат, чi шaї въртос ꙟ тоате Прiлежȣрiле ꙟтълнiрiлор ла о лалтъ саȣ арътат ръвнiторiȣ de лéцеа са, шi хȣлiторiȣ de ꙟпъръкiерiле ꙟтръ Neamȣл ностръ ꙟ рѫndȣл лецii.

Кȣ ȣn кȣвѫнт ꙟкѫтȣї deспре Клерȣл Neȣniт ачест Консiсторiȣm nȣ щiе съ фiе фъкȣт Сфiнцiia са ꙟтрѫнсȣл вреo тȣрбȣраре кѫт mai mikъ; Dрепт ачéia ꙟdаторiт саȣ възȣт Консiсторiȣмȣл deспре чéле maї сȣс zice пентрȣ Легiтimaцiia, ȣnde ар фi de лiнсе dȣпъ чéрере ꙟтрȣ adeвер ал атестълȣi.

Саȣ dat din Консiсторiȣмȣл Neȣniцiлор ꙟ Маре Прiнцiнатȣл Ардеалȣлȣi ꙟ Сiбiiȣ 22-а Апрiлiе 1798.

Ioann Поповiч m. p, Аарон Бȣdai m. p.
вiкарiш шi презеш. [L. S.] нот.

Nota. Sigilulu este de chartia apesata in ostia sî are cercuscriptiunea: Печетї . . Епiско: Neȣni . . Din Ард . . .

Acesta Apologia Capitulului, adeca monachii dela munastirea S. Treime dein Blasiu, alu carei membru erá sî S. Klain, o asternu episcopului Bobu scriendu-i urmatoria-le:

Illme ac Rssme D. Praesul,
Domine Patrone, ac Praelate Nobis Gratiosissime!

Exculpationem Schismatis et immissionis Dissensionis inter Schismaticos insimulati confratris nostri Samuelis Klain Gratioso Jussu Illtis Vae pro Capitulo accersiti, et ibidem propter tantum ausum reprehensi omni cum demissione isthic in authographo Illti Vae una cum Commissione R. Gubnli et attestato Consistorii disuniti ita accludere sustinemus, ut penitius viso animo, et deliberatione ejusdem de Transitu ad Ritum Latinum, quo abs se omnem impactam sibi Schismatis notam prorsus delere pergat, semet declaravit, quam declarationem Suam cum admirabundi legissemus et palam etiam nobis factam Expositionem animique sui plenam resolutionem audivissemus, nihil nobis respondere suppetiit, quam Praesentiam Illtis Vae in Visitatione canonica diutius occupatissimae praestolandam esse, utpote: cujus sublimis Authoritatis est de similibus substratis Paterne disponere.

Petentis insuper per nos ejusdem talem exculpationem E. R. Gubernio substerni, quod reapse, utut quacunque via substernatur, substernendum censemus, ne Nos ipsi omnes tamquam tale fermentum intra gremium habentes vel scoriam Schismatis contraxisse videamur. Quod pariter facere noluimus antequam Illti Vae substraverimus.

Quo circa omni cum demissione supplicamus dignetur Gratiose scripta sua Pastorali resolutione instruere, quid cum hoc confratre agendum sit, et num talem exculpationem ejus ex parte nostra quoque E. R. Gubernio substernere sustineamus. Dum gratiosam Praesuleam Resolutionem opperti Nosmet sublimibus Illtis Vae Gratiis totos submitteremus distinctissima cum filiali Devotione perennamus.

Balasfalvae 13-a July 1798.

Illtis Vae
humillimi servi et Capellani
Capitulum et Monasterium Ord. S. Basily Magni Caeo R. ad Ssmam Trinitatem Balasfalvensi.

Eppulu Bobu respunse Monachiloru cu datulu „16. July 1798“, pre cumu urmeza:

Praesentata per confratrem vestrum fraternitatibus Vris documenta, quibus Schismatis suspicionem amoliri contendit, mihi sub 13-o cur. mensis Julii scripto relata dum res ejus actore praetore ventilabitur altioribus in-

stantiis in exculpationem per modum replicae substernentur; Illud autem maximo eidem documento foret, sî contraria consvetudine impactum sibi ex priore vita ac more Schismatis crimen dilueret.

Quod concernit declarationem suprafati confratris de sua ad Romanum Ritum transeundi positiva voluntate, per hanc, quam sibi dictus Frater imaginatur mutandi Ritum licentiam, si quid vitii aut schismaticae labis in elapsa aetate contraxit, non purgabit; transitus ad Ritum Latinum in homine diversam a Catholica profitente Religionem laudabilis est, Samueli Klein vero in Catholica Religione, Rituque approbato nato et educato ad suprafatum Ritum Romanum in hac aetate in qua conspicitur et ex nota causa migranti inglorium erit, si Schismatis macula realiter ipsi inusta est, haec permanebit; nam factum per mutationem Religionis aut Ritus infectum fieri nequit, semperq de Samuele etiam Romano Catholico Clero ingremiato vere dicetur, quod foverit in suo animo Schisma proindeque hoc medium amovendae a se saepe fatae suspicionis plane ineptum, permanente porro ea suspicione, quod nempe prius Religionem mutare voluerit nunc vero Ritum, inconstantiae notam haud effugiet a plerisque gravioribus viris societatis Vrae purgamentum reputabitur, ideoque necesse non est Vram Societatem coram altioribus instantiis de objecto confratri crimine purgare. Interea quoniam ego in negotio confratris Vri vestro consilio uti volo adaequatam informationem et opinionem Vram de utroque hocce objecto submittetis.

— — —

Respunsulu respective informatiunea, ce monachii au datu despre S. Klain:

Illme, ac Rsme Domine Praesul etc.

